UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bartolvs A Saxo Ferrato In primam Codicis Partem

Bartolus

Lugduni, 1567

In quib. causis coloni ce[n]si. &c.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96119

Visual Library

actio, ⁊ exceptio, vt l. ſtatuas. ff. de acquiren. rerũ domi. In eadem
glo. ibi, quod in ſimplum. ⁊ ſic ſecundum Hugo. opin. eſt dare ca-
ſum, in quo pro furto vel rapina non competit ius agẽdi, niſi ad
ſimplum tantum, ſcilicet cũ furatur. vel rapiat dominus ab ad-
e ſcriptitio vel colono, aut cenſito. [e] In gloſſa nati ex colonis. ibi,
ſed quid de nato. Nota. an filius natus ex colono ante preſcri-
ptionem completam. vel conceptus ante preſcriptionem comple-
tam. ⁊ natus poſtea ſit colonarie conditionis. Num non eſt pri-
mo caſu. quia non eſt natus ex patre colono. ſecundo caſu. quia
cum ſit conceptus ante quam pater eſſet colonus etiam habetur
pro nato. cum de eius fauore tractetur, vt l. qui in vtero. ff. de ſta-
11 tu hominum. † Et ideo non dicitur primogenitus Regis, [f] qui
f natus eſt ante dignitatem regalem. nec filius preſbyteri, qui na-
tus eſt ante preſbyteratum. vt not. in l. imperialis. de nupt. ⁊ l. ſe-
g natoris. ff. de ſenato. [g] In filijs autem eorum qui ſe ſponte curie
obtulerunt, hoc ſpeciale eſt, vt licet nati ſint poſt oblationem fa-
ctam curie, nõ ſint curiales inuiti, vt not. in l. fi. C. de his qui ſpon-
h te mu. ſub. [h] In eadem ibi, licet. Sed non obſtat hec lex: quia in-
telligitur de liberis natis, ⁊ conceptis poſtquam pater eſt colo-
nus effectus. ⁊ ideo ipſi ſunt coloni. licet non ſteterint xxx. ann.
12 In eadem gl. ibi, item daretur occaſio. ¶ † Nota bene ad ſtatuta
dicentia, quod pro animali naſcenti in territorio Peruſino de-
beat ſoluere dominus vnum ſolidum. Nam ſi habens animalia
pregnantia ducit vt pariant extra territorium Peruſinum, non
euitat propter hoc ſolutionem, quia in fraudem fecit. Pro hoc
i ff. de here. inſti. l. ex facto. la grande. [i]

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Adde gl. no. in c. ſtatutum. §. cum vero. de reſcrip. in
vj, que dicit, quod ille dicitur de ciuitate, qui ibi habet domum,
vt ibi per docto.
b ALEX. ¶ Si ſtatutum excludit preſcriptionem longi tẽpo-
ris an verificetur in preſcriptione longiſſimi temporis. Dicas
quod non. Facit quod diximus ſtatutum interpretari, vt aliquid
addat iuri communi. ſecundum Bart. in l. ij. de vſu. Bal. in l. j. de
preſcript. longi temporis que pro libe. cum ſimi. Sed preſcriptio
longi temporis eſt tantũ x. an. inter preſentes, ⁊c. In contrarium
faciunt ea que diximus ſtatutum interpretandum ſecũdum ius
commune, ⁊ pro certo dictum Bar. nunquam mihi placuit. Pro
quo multa poſſent adduci ſpecialiter quod no. Bal. per illum tex.
in l. in contractibus. in princip. de non nume. pecu. ⁊ multa alia.
a †Quando autem valeat ſtatutum excludens preſcriptionem, vi-
de per Bal. in l. j. ne rei do. vel templorum. ⁊ dixi plene poſt bar.
in l. j. de vſur. Sed aduerte ad dictum Bart. hic quod puto quod
ſit corruptum, quia non deberet eſſe illud verbum longe relatum
in ſtatuto, an preſcriptio centum anno. intelligatur excluſa, vide
no. in d. l. j. ne rei do. vel temp. ⁊ in c. j. §. preterea. de cap Corra. in
vſib. feud. Alex. Statutum faciens mentionem de preſcrip. long.
temp. non comprehendit preſcriptionem xl. an. Idem Barto. in l.
ius emphyteutici. C. de fund. pat. ⁊ ibi vide. ⁊ contra Bart. hic te-
net Ang. in l. ſi quis decurio. C. de decurio. lib. x. vbi dixi.
c ¶ A viro. An liceat viro vxorem ex cauſa verberare, vide Felin.
in c. illud. de preſump.
d ALEX. ¶ Adde Dyn. ⁊ Bal. idem tenentes in l. j. C. de legib.
vbi dixit, quod hoc caſu dabuntur alimẽta extra domum, ⁊ idem
no. Cyn. in l. quod in vxorem. C. de nego. geſt. ⁊ ibi Bal. bene facit
text. in l. Caio Seio. §. fin. ibi, ſi ob grauiorem ſeruitutem diſceſſe-
runt. ff. de alimen. ⁊ cibar. lega. facit etiam. l. ſi dotem. §. ſin autem
in ſeuiſſimo. ff. ſoluto matrimonio. ⁊ Bald. in l. j. de priuileg. dot. ⁊
in l. j. C. de ſententijs que ſine certa quantita.
e ALEX. ¶ Nota caſum. in quo pro furto, ⁊ rapina non agitur,
niſi ad ſimplum. ⁊ que differentia ſit inter furtum, ⁊ rapinam, et
violentiã, vide Bar. in l. itaq; fullo. ff. de furt. ⁊ l. licitatio. §. quod
illicite. de publicanis. ⁊ inter furem, latronem, ⁊ raptorem, vide in
cap. ex parte. de teſt. per Docto. ⁊ per Ang. in auth. vt mulieres
iurent. §. j. ⁊ Bal. in auth. ſed nouo iure. C. de ſeruis fugitiuis. ⁊ in
l. capitalium. §. famoſos. de penis. ⁊ ibi dixi.
f ¶ Non dicitur primogenitus Regis. Tu adde de hoc omnino
per Bald. in l. imperialis. nu. x. ⁊ ibi poſui in apo. ad ipſum. C. de
nu. quam ad hoc alleg. pro ſing. Frã. de crema. ſin. ſuo. l. inci. vide
pulchram diſputationem, vbi remiſſiones habes ad ſaturitatem.
g ALEX. ¶ Vide Bar. in d. l. imperialis. ⁊ adde quod idẽ bar.
dicit in l. ij. §. filius. de decurionibus. vbi ponit de filio nato ante-
quam pater efficeretur nobilis, an gaudeat priuilegijs nobilita-
tis. Et ibi concludit quod non, nec quo ad commoda, nec quo ad
incommoda. ⁊ Bal. in d. l. imperialis. §. fi. Nõ, q2 qualitas adiũcta
verbo, dz intelligi ſm qualitatẽ verbi cui adiungitur. l. in delictis.
§. ſi extraneus. ff. de nox. ⁊ facit tex. ⁊ ibi bartol. in l. ſi ſenator. j. de
digni. lib. xij. ⁊ vide que ſcripſi in l. ij. §. filius. de decur.
h ALEX. ¶ † Faciunt ad q. dicit ſtatutum, quod ſi aliquis fe-
13 cerit ſtationẽ in villa per decẽ annos, teneatur in perpetuum ipſe,
⁊ filij, an talis preſcriptio noceat filijs natis ante preſcriptionem
¶ Item ſi ciuitas recipit aliquẽ in ciuitatẽ, pone fecit ſtatutum
quod omnes trahentes moram in comitatu, non gaudeant priui-
legio ciuitatis, nec eorum filij. quod ſi aliquis habitauit in comi-
tatu, non preiudicet iam natis, ſecundum Bal. in l. ij. ad fi. ſupra
de li. ⁊ eorum libe.
i ¶ † Nota ex iſto. §. arg. quod colonus remanens in colonia, illã
14 partem fructuum ſolum reſtituere tenetur. quam reſtituebat tẽ-
15 poribus retro actis. ¶ † Item eſt caſus quod heredes alicuius
coloni remanentes in colonia, ſine renouatione aliquorum pa-
ctorum, quod per omnia, ⁊ eodem modo, ⁊ conditione pacta om-
nia, que extabant inter dominum, ⁊ colonum defunctum, debent
ſeruari inter dominum, ⁊ heredes coloni quod no. Angelus hic,
additio eſt. §. caueant.

LEX XXIII.

1 ☞ Adſcriptitij matrimonium contrahere poſſunt.
Adſcriptitij effici poſſunt clerici dominis eorum inuitis.
2 Partus conditionem ventris ſequitur.

SI qui Mulieres libere cum adſcriptitijs matri-
monium contrahentes non perdunt ipſe
nec eorum poſteri libertatem, ⁊ natus ex libero, ⁊ ex ad-
ſcriptitia muliere conditionem ventris ſequitur. Item domini ta-
lium adſcriptitiorũ poſſunt eos extrahere a tali matrimonio au-
thoritate propria, ⁊ etiam caſtigare, ſi iudicis copia deſit. quod ſi
non fecerint, ad eorum damnum negligentia redundabit. h. d.
1 ¶ † Et nota adſcriptitios cõtrahere matrimonium. Per quod
dicunt quidam ipſos eſſe liberos, ⁊ non ſeruos. Sed certe matri-
monium iſtud eſt de facto, non de iure, vt in auth. de nupt. §. ad-
ſcriptitios. Non tamen intelligas quod ipſi ſint ſerui, niſi quo ad
quedam ſeruitia. Et hoc apparet, quia etiã inuitis dominis poſ-
ſunt effici clerici, vt in auth. de ſanc. ep. ſcop. §. adſcriptitios. quod
non eſt in ſeruis. Hanc opi. tenet gl. in d. §. adſcriptitios. in verſi.
agriculturam. Similem text. habes ad literam in l. j. C. de ſenatuſ-
conſul. Claud. in §. ſed ſerui. in fin. Olim enim ſemper natus ex a-
lio adſcriptitio, vel adſcriptitia, conditionem adſcriptitij ſequeba-
tur. Et hoc introductum fuit per ſenatuſcõſultum Claudianum,
ſed poſtea hoc mutatum fuit, quod ſequeretur conditionem ven-
tris, vt l. j. de ſenatuſcon. Claud. ⁊ in auth. conſtitutio que ex ad-
ſcrip. ⁊ vidiſtis C. eo. l. ne diutius. in gloſſ. intelligatur. in fi. ⁊ hoc
2 verum olim ex diſpoſitione ſenatuſcon. Claud. ſed hodie † indi-
ſtincte partus ſequitur conditionem vẽtris liberi, licet pater fue-
rit ſeruus.

De capitatione ciuium cenſibus eximenda. Rub. XLVIII.

LEX VNICA.

PLebs. Ciues Romani habitantes in vrbe effu-
giunt onus capitationis. h. d. ſecundum
primam lecturam. Poteſt etiam intelligi in ciuibus
aliarum ciuitatum habitantibus intra vrbem. Et hoc
patet ex generalitate huius litere que dicit. in Orientalibus quo-
que. Sed hec lex fallit in tributo capitis, qd pro metallo preſtaẽ,
1 vt l. per annos. C. de metalla. que videtur contra. ¶ † Vltimo not.
ex gl. hic poſita quod quando rub. eſt generalis, quod etiam lex
a debet generaliter intelligi. [a]

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Per Moder. in rub. ff. de ver. obl. Quando rubrica
eſt generalis, lex debet eſſe generalis. Adde Imo. in rubric. ff. de
ver. obl. Et hoc maxime quando per verba comprehendit mens
ſtatuti. Facit gl. l. j. C. ne fideiuſ. dot. dentur. ⁊ l. j. cum ibi not. per
Bar. ⁊ doc. ff. ſi cer. pet. ⁊ gl. in l. j. in ver. pretorio. ⁊ ibi Bal. ne li-
ce. tertio prouoc. ⁊ not. Io. and. in additio. Spec. in tit. de diſpu. ⁊
alleg. ad fi. ⁊ Bal. in l. fi. ff. de hered. inſti. ⁊ gl. in rub. ſi quis teſt. li-
ber eſſe iuſſ. fu. ⁊ in l. j. in prin. ff. quod quiſque iuris.

In quib. cau. colo. cenſi. domi. accu. poſſ. Rub. XLIX.

LEX I.

1 ☞ Coloni qui colonia finita perſeuerant, in ea cõſuetum afflictũ
preſtare tenentur.
2 Timens ne ab aliquo offendatur, poteſt iudicem adire, vt ille ſibi
caueat.

QVisquis. Colonus exactus per dñm contra
conſuetudinem preſtationis anti-
quam dominum accuſare poteſt. ⁊ ſi dominus conuin-
citur punitur. ⁊ hec lex not. iſtud dicit. In tex. ibi, quam ante con-
1 ſueuerat, argumen. optimum † pro colonis noſtri temporis qui re-
ditum annuum preſtãt dominis, vt ſi finito tẽpore coloni in colo-

nia perſiſtunt tantundē debent preſtare, quantum cōſueuerunt,
facit ſ. xit. ii. l. cum ſatis. §. caueant. in tex. ibi, in poſterum prohi-
beantur. Not. poſſe ferri ſententiam, vt in futurum non debeant
agentem moleſtare, ſicut in negatoria, vt inſti. de actio. §. eque. ꝛ in
vti poſſidetis, vt in ti. vti poſſ. ff. ꝛ C. ꝛ ſic patet quod ratione iu-
ris de preſenti fertur ſententia ſuper futuro. Secus ſi ius non
competeret de preſenti, vt l. j. §. j. ff. de vſuris. que hic allegatur
2 pro contrario. ¶ † Et per hanc literam dicit Andr. de Barul.
quod qui timet ne offendatur ab aliquo poteſt adire iudicem vt
ſibi caueatur per illum, vt non offendatur, de quo per Gul. in l.
illicitas. §. ne potentiores. de offi. preſi. ꝛ facit ff. de vſufru. l. equiſ-
ſimum.

LEX II.

1 ☞ Statutum quod aliquis non habeat vocem in ca. videtur ei
precludere viam in iudicio.
2 Imperator eſt vniuerſalis dominus omnium non tamen parti-
cularis.

COLONI. Coloni cenſiti licet reſpectu aliorum ſint
liberi, tamen quo ad perſonam dominorum,
quibus tributa preſtant, videntur quadam ſeruitu-
te eſſe adſtricti, ꝛ ideo eos ad iudicium vocare non poſſunt pro
cauſis ciuilibus, niſi ratione ſuperexactiōis. ſed pro publicis cri-
minibus eos accuſant, ſi ſua vel ſuorum iniuriam proſequantur:
tamen ſua peculia, ꝛ eorum predia alienare non poſſunt inuitis
1 dominis inter viuos. h. d. † In tex. ibi, ipſi ſunt, ꝛ ideo cum perſo-
na eſt alienius, multo fortius bona illius, in tex. ibi, vocem nega-
mus. Not. modum loquendi. Nā per hoc patet quod ſi ſtatutum
dicit quod talis non habeat vocem in capitulo, per hoc videtur
ſibi precluſa via in iudicio. In gl. que incipit, coloni. ibi, nam ſepe
2 vulgariter. † Not. iſtud vulgare quid importet. In eadem ibi, ſic,
ꝛ alias not. quod omnia ſunt Principis quo ad iuriſdictionem, ꝛ
vniuerſale dominium, ſed non quātum ad particulare. de quo no.
plene. l. bene a zenone. C. de quad. preſcrip. In gl. ſuper verbo, alie-
naret. ibi, nec etiam intrare eccleſiam. De iure ciuili videtur ſe-
cus, vt not. gl. in l. quemadmodum. de agri. ꝛ cēſi. ꝛ eſt tex. in auth.
de ſanc. epiſc. §. adſcriptitios.

De colonis Paleſtinis. Rubr. L.

LEX VNICA.

CUM PER ALIAS. Coloni Paleſtini non poſ-
ſunt a terra recedere, ſicut
alii, ꝛ eorū dominis datur plena poteſtas reuocandi do-
1 mum. hoc dicit. Et nota † gloſſ. fin. huius legis quod nati in ter-
ra vbi fuit natus Chriſtus, non habent aliud priuilegiū quam
alii.

De colonis Thracenſibus. Rubr. LI.

LEX VNICA.

PER VNIVERSAM. Thracenſes ca-
pitationis non
preſtant tributa, ſed tributa terre, non tamē poſ-
ſunt a terra diſcedere, ꝛ occultans, vel retinens
colonum Thracenſem ipſum reſtituit domino
cum peculio, ꝛ cū agnatione, ꝛ punitur in duab.
1 libris auri. h. d. in tex. ibi, vagabundi. No. † de vagabundo, quia
a proprie ille dicitur vagabundus, qui vadit vagando per orbem.[a]
vt hic, ꝛ j. l. proxi. ꝛ eſt caſus in l. j. de tyro. lib. xii. ꝛ hoc tenet gloſſ.
ff. de dam. infec. l. iiii. §. pretor. verſ. verecunde. ꝛ hoc eſt verum, niſi
in proprio domicilio fuerint agnati, vel cognati qui vellent eum
ab inquietudine defendere, vt C. de agri. ꝛ cenſi. l. cum ſcimus. §. il-
lud quoque. Glo. tamen. ff. ad mun. l. eius. §. Celſus. dicit quod il-
le eſt vagabundus qui non habet domicilium. Sed hec truffa, q2
ſecundum hoc ſemper opus eſſet quod locus originis eſſet paſ-
b ſus aratrum, quod eſſet abſurdum.[b]

ADDITIONES.

a ¶ Per orbem. Ad quod tu vide omnino Felin. in c. ſi. de for. cō-
pe. ver. de vagabundo. ꝛ quod ibi dixi in apoſtil. De vagabundis
dixi multa C. in add. ad Bar. ſed nunc non occurrit locus vide ta-
men omnino de hoc Ant. Cor. ſingu. ſuis in verſic. vagabundus.
incip. ſi beneficiatus. vbi late de multiplici vagabundo tractat.
b ALEX. ¶ Adde Bartol. in l. iiii. §. pretor. de damno infect.
qualiter vagabūdus ſit citandus, vide Inno. in c. ſi aduerſarius.
de eo qui mit. in poſ. cauſa rei ſeruan. ꝛ Spec. in tit. de competenti
iudicis adi in ver. quid ſi debitor, vide glo. ꝛ ibi Bar. in l. cū here-
ditas. ad Treb. qui dicantur vagabundi, ꝛ qualiter conuenian-
tur, ꝛ citandi ſint, vide Joan. And. in addi. Spec. in tit. prealleg. ꝛ
ibi etiam ponit quid de banni. ꝛ per Cyn. ꝛ Bal. in l. j. vbi de cri.
agi opor. ꝛ in l. ad recogni. ꝛ que dixi ibi poſt Bart. ff. ex quibus
cau. in poſſ. ea.

De colonis Illyricanis. Rubr. LII.

LEX VNICA.

COLONOS. Coloni Illyricani origine a ter-
ra, ſe ſeparare non poſſunt, ſcō-
traſacientes reuocantur, ꝛ reuocati ſubmittūtur
in vinculis.[a] ¶ Item receptantes eos, licet igno-
tos, puniuntur. hoc dicit. Et de hac receptatio-
ne vide quod dixi C. de agri. ꝛ cenſi. l. cum ſatis. ꝛ
1 C. de fab. l. pen. ¶ † In text. ibi, authoritate iudicis not. quod in-
tereſſe lucri ceſſantis iudex ex ſuo officio eſtimare debet quod no.
pro eo quod ponit Cyn. in l. vnic. C. de ſententiis, que pro eo quod
intereſt proferuntur. circa probationem intereſſe. In tex. ibi, illud
2 ſufficiat. ¶ † Not. optimum tex. contra receptatores exbanni-
torum, quod puniuntur pena receptatorum non ſolum ſi ſciue-
rint penam, in qua erant banniti, ꝛ cauſam pro qua erant banni-
ti, ſed etiam ſi omnino iſta ignorauerint, dum tamen ſciuerint i-
ſtos eſſe bannitos ſecus autem ſi hoc ignoraſſent. l. j. C. de recep. ꝛ
de agri. ꝛ cenſi. l. quemadmodum. ꝛ quod dixi C. de fabric. l. nullus.
Rubricas quatuor ſequentes vide per teipſum.

De omni agro deſerto. Rubr. LVIII.

LEX I.

CUM DIUUS. Predia deſerta decurioni-
bus loci, quibus ſubſunt, aſ-
ſignari debent cum immunitate triennii, et ſi inſuffi-
cientes ſunt ad onera ſupportanda, debent diuidi, et
a poſſeſſionibus fertilibus aſſignari. hoc dicit.[a] † Et no. ex fine legis
1 quod predia ſterilia debent adiungi per partes fertilibus pro-
pinquis ad hoc vt alia predia fertilia ſuſtineāt onera prediorum
b ſterilium. hoc dicit.[b]

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Hanc legem allegat Barto. in ſuo tractatu repre-
ſaliarum in iii. q. pen. q. princ. quod per ſtatutum poteſt fieri quod
qūilibet de villa teneatur pro debito alterius, quod tamen intel-
lige, ꝛ limita vt per Bart. in iii. q. pe. q. princ. in l. prouidendum. C.
de decur.
b ALEX. ¶ † Quod ponderat Bartol. in l. ſi ſe non obtulit. §.
1 actor ff. de re iudi. allegat hanc legem, ſi quis de ciuitate non eſt
ſoluēdo, quod alii de ciuitate tenentur ſoluere pro illo per librā,
ꝛ ſolidum. ꝛ cum Barto. ibi tranſeunt omnes poſt eum, ſed Bar-
tol. in l. fin. §. miſta. ff. de mu. ꝛ hono. determinat contrarium, vbi
vult quod de iure communi onus deficientium nullus tenetur
ſubire. alleg. text. in l. j. C. vt nullus ex vica. pro alien. vicar. deb. li.
xj. Et reſpondet ad iſtam l. procedere, niſi alio modo eſſet expreſ-
ſum. lege municipali, quia illi legi vel conſuetudini ſtandum eſt,
vt damnum ſuſtineat. Pro hoc etiam facit diſtinctio. Bartol. in
l. ii. de apo. pub. lib. xj. de quo videas. ꝛ quod ibi ſcripſi. ꝛ vide per
Ang. in d. §. actor. verſi. querit Bar. quod ſi aliquis de vniuerſi-
tate. ꝛ vide Alex. in repe. l. ſepe. in prin. de re iudi.

LEX II.

SI QUIS. Poſſidens fundos ſteriles, et ferti-
les tributarios, ſi alienāt fertiles, et
ob hoc efficitur non ſoluendo, tenetur ad tributa fer-
1 tilium, ꝛ ſterilium emptor. hoc dicit. † Et nota quod
predia fertilia appellantur hic nerui prediorum ſterilium. Et eſt
ratio, ſicut in corpore humano caro fertilis, ꝛ imbecillis conſer-
uatur per neruos, ita predia ſterilia conſeruantur per fertilia.

LEX III.

QUICUNQUE. Recipientes predia deſerta cū
immunitate triennii, debent ca-
uere idonee quod predia non relinquant cum damno
Reipublice. hoc dicit. In text. ibi, Imperatorum. notanter dicit
Imperatorum. vnde ille cui aſſignarentur predia deſerta abſque
impetratione, non debet hac cautione grauari, q2 ſatis eſt quod
fuerint ipſo inuito illa predia ſibi aſſignata. In fin. gloſſ. vltim.
1 ¶ † Not. bene de hoc verbo, cautionis, vtrum intelligatur cum
a fideiuſſore[a] vel ſine, de verb. ſignific. l. ſancimus. ꝛ ibi per Cyn. et
hic per And. de Barulo.

ADDITIO.

a ¶ Cum fideiuſſore vel ſine. Adde gloſſ. ꝛ iſtam in l. ſi mandato.
§. ſi. ff. manda. ꝛ in l. caut. de ver. ſign. ꝛ in l. pretorie. in fin. ff. de pre-
to. ſtip. Bal. in l. ſancimus. in ii. op. C. de ver. ſign. ꝛ in aut. cui reli-
ctum. verſ. item not. quod idonea cautio. C. de indict. vidui. tol.
Alex. in l. j. ff. qui ſat. cog. ꝛ Card. in cle. j. §. ꝛ quia. de pen. et per
Oldra. conſi. lxviii.

LEX

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN